

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

**Quatenus Regula: Quod tibi non nocet, mihi vero prodest, ad id poteris compelli,  
Possit, Maxime In Quæstionibus Servitutum, Adhiberi**

Rostochii: Typis Martini Warningii, [1736]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002547946>

Druck    Freier  Zugang



RU jurist. 21.Juli.1736  
Mantzel, Ern. Joh. Frid.

1a



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn1002547946/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002547946/phys_0002)

**DFG**



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn1002547946/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002547946/phys_0003)

DFG



1736. Jul. 4.

58

QUATENUS REGULA:

Quod tibi non nocet, mibi vero prodest, ad id  
poteris compelli, = inv

**POSSIT, MAXIME IN  
QUÆSTIONIBUS SERVITUTUM,  
ADHIBERI,**

DEO T. O. MAXIMO CLEMENTER ANNUENTE,  
ET JURE CONSULTORUM ORDINE INCLYTO INDULGENTE;  
IN ILLUSTRI AD VARNUM ACADEMIA,

PRÆSIDE

**DN. ERN. JOH. FRID.  
MANTZEL,**

PHIL. & JUR. DOCT. atque PROF. FAMIG.  
FAC. JUR. h. DECANO SPECTAB.

*STUDIORUM SUORUM PROMOTORE HUMANISSIMO,*

Anno MDCCXXXVI. d. 21. Julii ventilandum dabit,

RESPONDENS-AUTOR,

**J. C. M. GLÜER,**  
Jur. Pract.

1736

---

ROSTOCHII,

Typis MARTINI WARNINGII, AMPLISS. SENAT. Typogr.

OMNIBUS REGENTIBUS  
DIGNITATIBUS ET LIBERTATIBUS  
POTESTUOSIS  
IN MAXIMA POSSITUTATE  
GARANTIA  
ACADEMIA  
DE L. O. MUNICPIO COMMUNALI UNIVERSITATE  
ET LIBERTATIBUS TERRITORIIS INSTITUTIS  
INSTITUTIS ACADEMIA  
IDE  
DON. ERNST. RIND.  
MANTELE  
PER A. J. DEGL. SIBUS PROL. LUMMIG.  
L. G. J. DECAENO DECTORE  
SUDIORUM SOCIUM PROMOTORAE HUMANISSIMO  
ANN. MDCCXCVII. 4. 12. HAB. SEPTENAGINTA QUINTO  
RESPONDENS-AUTOR  
J. C. M. GLÜCKR.



---

ROSTOCHEI  
TYPIS MURKINI NURNBERGI AMPISS. SINCE TABOGC

SERENISSIMO PRINCIPI

AC DOMINO,

DN. CAROLO  
LEOPOLDO,

DUCI REGNANTI MECKLENBURGICO,  
PRINCIPI VANDALORUM, SVERINI  
AC RATZEBURGI, COMITI ITEM  
SVERINENSI, TERRARUM RO-  
STOCHII ET STARGARDIÆ  
DOMINO,

PATRI PATRIÆ

ET

DOMINO MEO LONGE CLE-  
MENTISSIMO,

mente devotissima

HANC OPELLAM ACADEMICAM  
CONSECRATAM CUPIT,

VITAM & FELICITATEM SUBMISSISSI-  
ME APPRECANS,

DEQUE SUA SALUTE, SUB UMBRA

TANTI PRINCIPIS,

NULLUS DUBITANS,

DUCI REGNUM A NUNDATORUM

PRINCIPI NUNDATORUM. SNERVI

AC RUSTICORUM COMITI ITEM

AC RUSTICORUM TERRITORIUM RO-

SOCCHI ET STRIGARDIE

DOMINO

PATRIÆ

ET

DOMINO MEO LONGE CEB-  
MENTISSIMO.

Subiectissimus servus

Glüer.

meines Javoglfins



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn1002547946/phys\\_0008](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002547946/phys_0008)

DFG



# DEO JUVANTE.

## INSINUATIO.



n confinio vitæ academicæ & practicæ constitutum memet videns, &, otio mihi concessu, studia mea eatenus tractata repetens, in illud incidi consilium, quod velim dissertationem quandam conscribere eamque in hac Academia Patriæ, cui mea studia debo, publicæ ventilationi exponere. Stante sententia electoque Präsidio, circa Thema, postquam aliorum ingenia omnia exhauserunt aliquantis per fluctuavi, donec in illud, quod rubrum exhibit, animum figerem. Faxit Deus, ut mea opera non sit sine omni fruge.

## TRACTATIO.

### §. I.

**E**sse quoddam inter omnes homines vinculum, ipsa veritate teste, constat. Exserit se autem hoc vinculum in officiis, quorum alia sunt regulæ affirmativæ: *Quod tibi vis fieri, alteri quoque feceris.* Alia negativæ: *Quod tibi non vis fieri alteri ne feceris.* Felix esset orbis terrarum, si

A

ab

ab hisce regulis, in Jure Naturæ alte satis radicatis, & in S. Scriptura adeo urgentissime inculcatis non tam ferociter abirent homines, ita ut alter alteri lupus & diabolus magis quam amicus & promotor sit. Legatur B. PUFEND. Cap. spec. de officiis quorumlibet erga quoslibet, In aureo libello, de officio hominis & civis, cuius rubrum eleganter ad diversas classes obligationum respicit. vid. etiam GROTIUS de J.B. & P. L. II. C. 2. §. 6. qui tamen ob suam deductionem officiorum innoxia utilitatis ex primæva communione, multis vapulat; Vid. ROEHRENSEE de figmento communionis primæva. it. KOETHEN de Jure innoxia utilitatis. Qui selectissima excerpta ex Ciceronis, Senecæ, Plutarchi & aliorum scriptis exhibet, simulque tangit ea, quæ inter summos Principes ex hoc capite ventilari, imo belli materiam præbere possunt; Ut taceam alios plures elegantius ea excusuisse. Vid. instar omnium acutiss. FELTMANN de Transitu Exertoitus, Græning. 1673. Conf. LEISERI elegans trattat, de servitutibus Juris Publici.

Sed annon quæ virtus negat, coactio, Jure conciliare potest? Resp. Quod ad regulam de non lædendis aliis, Leges non minima ex parte custodiunt salutem humanam, ut ut omnibus læsionibus non sint ubique pares; Quod autem ad alteram de officiis affirmativis, Jure-Consulti partes directe nullæ sunt, sed principiis pietatis & doctrinæ morum atque prudentiæ ea commissa manet; Nam, qui non vult persuaderi, haud cogitur: Qui non veretur poenas naturales & infamiam quandam facti, a pœnis Reipubl. immunis erit. Legatur illustris dissertatio KRESSIANA de Aequitate, speciatim a p. 38. & Cap. VI, de aequit. enthuſiaſtico.

§. III.

(3)

---

### §. III.

Hæc talia inter prima Jurisprudentiæ principia accipimus; Quando enim de objecto & fine ejus agitur, imo quando definitio Juris & Legis traditur, edocemur, quod, juxta veteres, justitia, non universalis, sed particularis, juxta Grotium & Aſſeclas, evidentioribus, si fabula vera est, terminis, non attributrix, sed expletrix, sint objectum Legum & earundem interpretis. Exaggerantur hæc omnia per distinctiones justitiae in internam & externam: Hominum & actionum; Qui justè agere & justa agere haud male discriminant, in eodem themate versantur. Ut taceam alia, quæ a fidiſ Doctore pro insinuandis univerſalibus hujus ſtudii trāduntur.

### §. IV.

Maxime autem in ore JCtorum volvitur distinctione inter obligationem perfectam & imperfectam. Recte satis, modo notetur, quod ea quæ juris imperfecti esse dicimus fint talia respectu ad Leges civiles & jurisprudentiam forensem habito; Nam si ad Theologiam & sapientiæ prudentiæque regulas respexerimus, obligatio nulla datur quæ eslet imperfecta. Conf. Ill. HEINECII verba in Not. ad Instit. Elem. §. 774. Romani improbum cum putabant qui fidem datam liberare nolle, sed actionem non dabant ex pactione nuda.

### §. V.

Romani hanc doctrinam pluribus involverunt terminis & quidem præsertim pro ratione status speciali, eleganter sat; Distinxerunt nimirum Obligationem in naturalem tantum, & quidem vel plenam vel minus plenam; Civilem tantum & mixtam, & supposita distinctione inter pacta nuda

A 2

& vestita;

& vestita, non potuerunt paucioribus se expedire classibus. Nostra Respubl. equidem putat, se habere classes numero minores, sed JCtus forensis alia observat.

## §. VI.

Quicquid sit, ibimus in forum & videbimus, quomodo Actores teneant limites regulæ: Der flagen wil, der flage fest, quæ etiam suo modo ad excipientes transferri potest. Ergo, quoties Judicem adimus, vel excipiendo nos defendimus, hauriamus petitum & momentum, præter veritatem facti, ex quodam fonte obligationis juridice perfectæ; Fontes autem harum obligationum sunt maxime Conventiones & delicta.

## §. VII.

Scribo notanter: *Maxime.* Nam dantur, (ut taceam pollicitationes & vota) quædam obligationes ex natura per se; De quibus hac vice nihil: Dantur etiam obligationes ob utilitatem publicam invitis impositæ; de quibus pariter non est mihi sermo, præsertim quia post fata semper illustris *B. Dn. Cancell. de KLEIN Spec. Diff. de invito*, in hoc themate nequidem spicilegia reliquit. Ergo tantum de Casibus utilitatis privatæ, cum nullo damno conjunctis, & quidem in materia servitutum differere luet. Quod si enim ponderetur regula: *Quod tibi non nocet, mihi vero prodest, ad id poteris compelli*, ex sola voce mihi satis apparet, quod omnia publica, quæ ex aliis rationibus urgentur, exclusa sint. Tribus, datur fons obligationis ex eo, quod aliquid mihi prosit & alii non noceat, in quo si temere denegetur petitum, idem in foro potest exigi; Nam quæ Jus Naturæ magis generaliter quasi eloquitur: *ad id es obligatus, ea Jus Civile sub phrasi poteris compelli*, exprimit; *Conf. B. SCHOEPF. Diff. de Jure Civili Jus Natur. determinante, & Dn. FREISLEBEN, de Legum Civilium Indole & Jure Natura differentia.*

## §. VIII.

## §. VIII.

Quo magis autem talis assertio offendere potest illos qui dominatum, nescio qualem, sibi fingerent, quiue putarent confundil limites regularum justi atque honesti, eo sollicitus describenda erunt verba *nocere & prodeesse*. NOCERE igitur significat illationem veri incommodi vel detrimenti: PRODESSSE denotat conditionis alicujus vel veram vel probabilem, imo etiam putativam amplificationem; Nam quoties certum esset, alteri id quod postulatur, non nocere, de quaestione utrum postulanti propositum non adeo *hac vice* erit disputandum.

## §. IX.

*Hac vice*, inquam, nam aliud est ex materia pactorum omnibus constans, quod nimirum pactum illud, ex quo alteri soli incommodum, alteri vero nihil plane commodi emergit, non valeat. Legatur B. SCHOEPPF, *Synops. tit. de Pact. n. 54.* Notetur etiam in genere natura exceptionis deficientis interesse. Communicavit mihi Dn. PRÆSES Calum Anno 1733. M. Sept. in Facultate decisum, sequentis, in nuce, speciei: Ein Schiffer von L. hatte Gufften von Petersburg eingenommen, unter den pacto, wenn er die Packen öffnen würde, sollte die Fracht verloren seyn. Er aber hatte sie dennoch geöffnet. Indessen lieferte er die Gufften in quanto & quali ganz unbeschädigt an Ort und Stelle. Der Kaufmann aber wollte ihm, inhalts Connoslements, keine Fracht bezahlen. Der Schiffer excipitur, dass er ihm gleichwohl keinen Schaden gethan. Respondebatur: Das woferner der Schiffer keine zu Rechte beständige Ursachen angeben könnte, warum er die Packen geöffnet, derselbe der Fracht sich allerdings verlustig gemacht. V. R. W. Rationes, inter alias, erant desumptæ ex eo, quod exceptio deficientis interesse tunc elidatur, si pena pacto adjecta. Vid. §. fin. 3. de V. O. add. SCHOEPPF, *Synops. tit. de pactis n. ult.*

A 3

§. X.

§. X.

In vernacula forte ita efferenda veniret nostra regula : Wenn einer etwas von jemanden verlanget, welches diesem entweder gar nicht, oder gar wenig belästigt, so mag derselbe solches zu erlauben und zu leyden, ja wohl zuthun, gezwungen werden. Placuit eapropter populariter hoc exprimere, ut occasionem haberem terminos distinctiores adhibendi. Supponendum igitur, interdum ubi nulla specialis ratio concurrit, alicui ne quidem ad obulum incommodum enasci debere; Nam si & ditissimus rogaretur a pauperrimo, daß er ihm einen Groschen geben möchte, certum quidem satis, daß denselben das nicht incommodirte; Sed nihilominus deficit jus, & vis regulæ nostræ illorum neutquam est extendenda. In aliis vero casibus ubi specialis concurrens ratio, etiam leviculum incommodum, præsextim quando alter paratus est ad illud resarcendum, nil obstat vel impedit; Id quod inferiora dabunt.

§. XI.

Spero, fore, ut quivis bene intelligat, quid per *specialem rationem* significem; Et satis illustrabitur idem per exemplum juridicum ex titulo Pandectarum ad exhibendum, ubi non sufficit interesse generale, sed requiritur speciale. B. SCHOEPP. in *Synops. d. tit.* clare satis ex textibus illud expressit, scribendo: *Datur illi actio ad exhibendum, cuius interest, quod interesse debet esse peculiare, l. 13. ff. 3.* (qui legunt *pecuniaria rer. rem non tangunt acu*) *Hinc non datur, si quis adversus Doctorem agat, ad Bibliothecam exhibendam, quo inde fiat doctior l. 19. ff. b.* Ethic textus legis 19. elegantissimus est ad repellendum inpetiones & cavillationes varias ex regula nostra fabricatas; Recte enim respondit ille JCtus in genere (nam casus de rationibus exhibendis interdum aliter erit decidendus) non oportere jus civile calumniari neque verba captare, sed, qua mente quid diceretur animadvertere convenire.

§. XII.

(7)

---

§. XII.

Si quis adhuc diceret, se non capere, quid intelligatur per interesse peculiare & rationes speciales, consideret hanc paraphrasin: Es muß jemand seine Verbesserung, oder einige Schadens Verhütung, Ablehrung eines Übels an jemand suchen, welcher nur allein derjenige war den er unter allen Menschen, das mahl darüber besprechen konte. Hæc circumscriptio afficit omnes casus quos Leges & Praxis suppeditant; Verum ne sic quidem omnibus cavillationibus extensivis omnem aditum esse præclusum, prævideo. Ergo arbitrium judicis prudenteris dabit temperamentum, ne confundantur limites regularum justi & honesti; Imo ne cavillationes nimis restrictivæ fiant, aliam dabo regulam: Wenn es ein dem andern schädlicher Eigen-Sinn und Bosheit seyn wiede, wenn er das Verlangte nicht erlauben, verleihen, leyden, oder auch wohl thun wollte; so kan er NB. vielmahls gerichtlich dahin gezwungen werden.

§. XIII.

Quodigitur nunquam res possit carere arbitrio prudenterissimi Judicis, satis significo, & manet invictum, quod multa juridice liceant, quæ Theologicè peccata sunt; Unde & læpe absolvendus erit reus, dessen blosser Eigen-Sinn und Bosheit im Wege sind, daß er das begehrte verstatte. Solent vulgariter dari exempla de eo qui nollet permittere, ut ignis de suo igne accendatur: Qui prohibet usum aquæ profluentis, qui Consilium denegat petenti, quique viam non monstrat erranti. Nemo est, qui non agnosceret, quod, præsertim in ultimo casu sit officium innoxia utilitatis. Nemo non consentit, quod pecus sit, qui vere innoxia proximo præstare detrectat; Sed eamus in forum, & regula sc̄epe non impetrabit applicationem, & quidem a priori; Verum in Conſe,

*Nederrain*

Consequentiis satis suam ex serit sope virtutem. Consideretur Casus a DN. PRÆSIDE mihi exhibitus, quiue Anno 1735. a celebri Viro Defensore inquisiti C.F. ipsius judicio subjectus. C.F. ein Bürger aus W.ritte auf der Land-Strasse und fragte den daselbst hackenden P.S. ob er auf dem rechte Wege nach L. einem in dor-tiger Gegend liegenden Dorffe sey? P.S. wandte sich mit seinen Has-ten umb und sagte: Ich bin kein Weg-Wieser. C.F. erschrack über die Grobheit und versezte: So sindt ih doch äverst woll een grave Os. P.S. schalt wieder und ein anderer Bauer, der einige Schritte weiter hackte, für welchen sich der C.F. nicht vorsah, fiel ihm in den Baum. Der P.S. eylete auch herzu, und man wollte Satisfaction wegen des Scheltens haben, drohete auch mit allerhand extremiteten. C.F. hatte nach seinen Umständen so wenig Pistohlen als Degen; Wohl aber ein zimlich starkes Spanisches Rohr; Mit demselben schlug er den P.S. besonders weil der ander bald defistirte auf die Fauste, und weil derselbe ihn trachtete vom Pferde zu reissen, endlich, weil er erhabener war, auf den Kopff und Nacken; Der Kerl verließ ihn endlch, arbeitete noch den Tag weiter im Felde, auch am folgenden noch etwas, weil er sich übel befand, zu Hause; Etwa am vierdten crepирte er; und die secirende Artis periti bezeugten, daß er vom versezten Kopff. Scheile, und extravasirten Geblüthe gestorben und sterben müßsen. Quarebatur ergo quomodo maxime defendendus sit, Salvum Conductum impetrans C.F? Et respondebatur: Ex eo, quod innoxium officium petens non fuerit autor rixæ, & quod in terminis defensionis licetæ sese contiauerit; Unde, utut non omnem effugere possit arbitrariam, tutus tamen satis esset ab omni ultima, mortis five civilis five naturalis poena. Concur-rebant nonnulla in facto, qua medicum elogium impugnari forte jussissent, sed eorum tantum in transitu habenda, rebus q̄c stantibus, eratratio.

S. XIV.

## §. XIV.

Quamvis igitur concedam, si ille verè rusticus P.S. viam temere non monstrasset & C.F. aberrasset, damnumque incurisset, non fuisse illi in mundo actionem ad interesse ex regula nostra; Tamen robur obligationis ad officia innoxia tanquam haud imaginarium in foro non erit traducendum, Casus certè varii, qui tamen ex completis protocollis erunt eruendi. Quamdiu enim de Titii & Cajis nobis sermo est, semper cogitandum, quod in veris exemplis plures circumstantiae veniant attendendæ, quarum etiam minima interdum totam rem variat.

## §. XV.

Satis dixit, credo, qui in hac causa dixit, Arbitrium Judicis prudentioris applicet regulam nostram; Et quia multa licent quæ non sunt honesta; *Vid. omnino Scripta idem late satis prosequentia.* Imo, quia, ut supra jam dictum, Jurisprudentia vitiis humanis impar est, non solum civiliter licet plurima officia humanitatis denegare, sed & in contractibus se circum venire, ita, ut non detur via forensis ad reparandum damnum, nisi quis Iesus sit ultra alterum tantum, vel, ut rectius loquimur, ultra dimidium justi pretii. Ergo regula nostra est adeo lubrica, ut decisiones illi superstruendæ habere debeant insuper aliud fundamentum speciale vel in lege vel prudeati Judicis arbitrio; Sola enim virtus minoris propositionis: Atqui hoc tibi non noeet, mihi vero profest, non parat viam ad Conclusionem: Ergo poteris compelli.

## §. XVI.

Tot tantisque restrictionibus præexpeditis, nunc per nonnullos casus causa erit tractanda, quo appareat, quando in causis servitutum, virtutem suam exserat regula nostra.

B

Propo-

Proponam præsertim duos passus in extantioribus Juris Civilis textibus obvios. *Lege 22. S. 3. ff. famil. ercise.* datur Judici potestas alium alii servum faciendi, ceu textus loquitur; Potest enim cum in judicio divisorio adjudicat, aliquam imponere servitutem, id quod fieri debet, habito respectu ad incommoda, quæ efficiunt, ut pars servientis alia ratione fiat pinguior ad summam æqualitatem usque. Et nullus dubito, quin idem fieri possit non solum ante adjudicationem in re communi, sed & post eandem, si forte negligunt, & de eo non cogitatum, undenam v. gr. vel aqua haurienda, vel quorsum ea ducenda; id quod sope satis occurrere potest pro ratione prædiorum, circa quæ servitudes obveniunt, ante divisionem insensibiles, & post eandem singulari tempore & casu tantum se exserentes. Obstat equidem textus allegatus in terminis, sed explicandus idem erit ex textu, quo mox me vertam, & ponendus est casus absolutæ necessitatis, quo scilicet nullum superesse potest dubium, quin & in rebus quæ nunquam communes fuere, judex possit imponere invito servitutem, modo taxetur & adjudicetur incommodi pretium. Mox illustrabo hoc caput vivo quodam casu practico.

### §. XVII.

Alter casus est in l. 44. S. f. ff. de Leg. i. qui textus conferendus cum l. 15, ff. de usu & usufr. leg. & l. f. pr. ff. de S. P. II. & aliis. Brevibus hic redeunt omnia, quod vicino imponatur onus itineris vel viæ, quoties vel planè non, vel summe difficulter ad suum prædium venire posset. Res est eo casu expedita per nostram regulam. Quod proficit eundi, fatis patet, & quod non nocere debeat vicino servienti;

servienti, textus in eo significat, dum heredi (cur non ipsi legatario, non hujus loci est quæstio) redimere viam imponit.

### S. XVIII.

Promisi calum quendam vivum; En igitur eundem, prouti DN. PRÆSES illum mihi ex Facultate, in qua M. Sept. Anno 1734. expeditus fuit, suppeditavit. Proponam eundem in vernacula, nam non erat ex Latio, sed ex Westphalia. Der Eigenthümer des Guths S. verlangte von der Stadt H. daß man ihm, weil er nach seinem andern Guthe W. durch einen weiten Umbweg passiren müßte, möchte die Gerechtigkeit durch ihr Weyde-Feld zufahren, gegen zureichliche baare Bezahlung überlassen; Als Rath und Gemeinde dazu sich nicht entschließen wolten, stellte er alles gerichtlich vor, und gründete sich schlechthin in der Regul: Quod tibi non nocet - - Es ward eine Commission erkant, dieselbe befand, daß der Umbweg freylich bey 2000. Schritte mehr als die verlangte Linie ausmachte. Implorant offerirte • • Rathl. und genaue Revers, item, daß er völlig Bürgen zu H. werden wolte. Die Bürgerschafft aber wolte nicht daran, und wenn Implorant auch 1000. Rathl. geben wolte. Der Hoff melirte sich, und als persuasiones nicht helfen wolten, wurde etwas ernstlicher die distincke Deduction der causarum quare non erfodert. Als dieselbe eingebbracht, ward verordnet, Implorant sollte ordentlich deduciren; Derselbe dann gründete sich in der æquitate juris natural & divini, und allegirte aus dem Jure Civili l. 22. §. 3. ff. famil. hercisc. l. 14. §. 1. quemadm. Serv. l. 44. §. f. ff. de Leg. 1. l. 41. p. ff. de S.P. U. l. 20. pr. ff. si Serv. vind. l. 15. ff. de Usu & Usufr. Leg. und l. 2. §. 5. f. ff. de aqu. & aqu. pluv. Wenn er aber wohl absah, daß die textus alle de Impossibili handelten,

ten. so suchte er zu erhärten, daß impossibile und difficile in effectu einerley bedeutete. per l. 55. ff. famil. hercise. l. 2. ff. de his qui effud. c. qui oblatum. C. 13. q. 2. Gleichdann solches die Doctores dasfür hielsten. Vid. Brunm. ad l. 2. 3. de his qui effud. Mev. P. 4. Dec. 189. n. 1. P. 2. Dec. 124. n. 4. Gail. I. O. 142. n. 12. Ins besondere allegirte er für sich des Bergeri Oecon. Juris p. 1222. woselbst diese Worte befindlich: *Agro ita concluso, ut per multas de mun ambages ad eundem iri possit, a judice ex officio constituenda est servitus, pro certo tamen pretio, eoque ab oeconomicis definiendo, per quorum prædia dirigenda est servitus, exsolvendo.* In facto deducirte er die Difficultet, daß er nemlich circiter mit 1000 Schritten, in der Erndt besonders, eylich etwas würde bestellen können, wozu er nun einige 1000 gebrauchte. Der andere Weg incommodire die Stadt auch, und folglich viel länger. Excipiebatur. Es wäre in facto die Maasse nicht richtig: Es würde eine verdriekliche Communion dadurch gestiftet: Den andern Weg würde man, weil er ein via publica, doch dadurch nicht los: Impossibilia und difficilia wären weit unterschieden; Besonders in substrata materia naturali: Bergerus hätte sich fundiree in l. 14. ff. quemadm. serv. und dieselbe rede von einem durch eine Wasserfluth neulich verdorbenen Wege. Replicabatur ex superioribus: Duplicabatur ex repetitis, & sic ulterius. Pronunciabatur: Das Imploraten nicht schuldig dem Imploranten den begehrten Fahrweg zu gestatten; Das aber die Un Kosten denech zu compensiren V. R. W.

## §. XIX.

Juvabit forte, pace B. L. rationes decidendi exhibere. Erant autem sequentes: Nachdem, testantibus actis, es ganz ausgemacht, daß nunmehriger Kläger und Deducent ex jure

jure specialiter quæsto keine Besugniß hat, den Weg über die Stadt-Länderey nach seinem Prædio W. zu prætendiren, sondern derselbe sich lediglich in æquitate naturali gründet, Kraft welcher er unter Beystand der Regul: Quod tibi non nocet, mihi vero prodest, ad id poteris compelli, es dahin zu deduciren trachtet, daß Illustrissimum Judicium gegen seine Oblata es der beklagten Stadt und Gemeinde soll über den Kopff nehmen, daß sie ihm den Weg zugestatten verpflichtet werden; So kommt es nunmehr lediglich auf die Application an, ob nemlich in facto dergleichen Umstände vorhanden, daß sothanes punctum juris könne gebraucht werden. Wann es dann auf das mihi prodest, wenn es allein gesetzt, gar nicht, wohl aber auf das tibi non nocet ankommt; Und es gewiß durchgehens sehr palpable ist, daß hier ein wahres mihi nocet anzutreffen: So vergnüget man sich zwar über die ingenieußen Deductiones: Allein woferne man die richterliche Impartialitet mainteniren will, so muß man doch, wie in der Urtheil enthalten, erkennen. Um aber zugleich breiter solches darzuthun: So ist erstlich notorie der Casus gar nicht hier, da jemand überall nicht zu dem Genuss und Gebrauch seines Prædii gelangen kan, sondern Kläger kan, wiewohl durch einigen Umgang, nach seinem Felde zu W. hinkommen. Ergo so cessiret die richterliche absolute Gewalt, davon die fleißig allegirten Leges handeln, und es kommt nur schlechterdings darauf an, ob, da Kläger sein Fahren commoder haben kan, etwa es ein blosser Egyen-Sinn der Beklagten, daß sie ihm solches nicht gestatten wollen. Denn woferne dieses wäre; So hat die vorgerühmte Regul auch noch ihre Partes, und es wird nicht eben præcise ab impossibili von dem Richter argumentiret, wenn er den Nachbar zu etwas verbunden erklähret, sondern es kan, wenn gut zwar gut, damit doch gut besser werde, dem Nachbar etwas, das ihn gar nicht incommodirt, geschehen zu lassen anbefohlen werden; dieses wissen alle Practici,

wie es nemlich in materia servitutum hergehe, daß alle Einwendungen eines Vicini müssenlein nolo, quia nolo, sondern passable Verwiederungs-Ursachen zum Grunde haben. Wer den in hypothesis dasjenige beleuchtet, warum Senatus Populusque H. den neuen Weg nicht leiden wil, der brauchet gar nicht in rem præsentem zu gehen, sondern es ist demselben wichtig genug, daß man einen Weg machen wil, wo keine Passage in der Maasse bisher gewesen; Und da ist denn ganz klar was eine servitus viae vor ein beschwerlich Ding sey. Als man diesen Casum betrachtete, bevor es zu denen Deductionibus kam: So sollte man schier eben wie es Illustrissimum Judicium gedüssert, un gehalten auf die Beklagte geworden seyn, weil dieselben schien wider ihr eigenes Interesse zu arbeiten, da sie nemlich den kürzeren und folglich unschädlicheren Weg nicht gegen den längern vertauschen wolten; Nachdem aber aus folgenden zur Offenkundigkeit gebracht, daß der lange Weg, weil er via publica, cui vis patens ist, dennoch bleiben wird und muß, so ist man schuldig ganz anders zu urtheilen. Alle persuasorischen Rationes sind gar wohl beantwortet: Denn daß man titulo oneroso die Ge rechtigkeit acquiriren wil, willt ihm in hoc casu nicht thun, da man nemlich nicht versiret in einen solchen Vorfall da die absolute Unmöglichkeit den Weg erfodert; Zum acquiriren gehören immer in solchen Fall zwey Theile, & nemo ad vendendum potest cogi, nisi in casibus plane extraordinariis; Genug daß sich Senatus & Universitas den Weg nicht abkauffen lassen wollen, auch noch überdem ex abundanti einige Ursachen ansühren warum sie den Herrn W. die Gefälligkeit nicht erweisen können, weil nemlich es eine mehrere Gelegenheit der besondern Communion involvire, und zu weiteren Ausschweiffungen und Missbrauch, besonders auch zu quereleyn unter der unruhigen Bürgerschafft ausschlagen würde. Die Verbesserung des gemeinen Wesens wird juxta superiora, ganz unkennbar; Es hätte dem nach

nach der Herr W. in einem andern petitorio grammatico vielleicht seine Intention erhalten, denn in dieser Art petitorii in Contradictorio, wird pro re nata nicht auszukommen seyn. Es verbindet sich hiemit freylich die Allegation des Decreti pœnalis von Anno 1703. bey welchem man sich ganz niedergegeben und es muß sich dasselbe dermahlen mit in einem Interesse publico begründet haben, weil es sonst auf die Art nemlich ad pœnam ex parte fisco & ex parte Senatui præstandam nicht wohl hätte können eingerichtet werden. Zu geschweigen was von dem auf diesen beschwerlichen Fuß acquirirten W. item von der etwa in Zukunft entstehen könnenen üblen Svitæ ausgeführret; Dagegen denn nichts thut, daß der Herr Kl. mit Eggen und Pfügeln des Orts passiren kan; Alldieweil er das thut als ein H - - Concivis, von wannen er kein Argument auf das was er ratione W. zubetreiben hat machen muß; Wie er denn auch eben gerades Weges nicht gethan hat. Wie haben bey so gestalten Sachen nicht nöthig gefunden, die Schritte auszumessen, ob es nemlich unter oder über 1000. sind, und wieviel die Difference ratione circuitus sey; Denn was die specieuse, Klägern mit ab expensis liberiren helfende Passage aus den Bergero ansbelanget; so muß der secl. Mann allerdings von solchen Ambagibus verstanden werden, die gar ungemein weitläufigt; Ja es erscheinet aus der Connexion und den Allegatis daß er einen solchen Casum supponiret, da durch eine neue Fatalitet die bisherige Passage ruiniret, und da man endlich wohl auf eine viam tertiam nach dem seinen gelangen können, aber doch mit ausnehmender Weitläufigkeit, da denn es billig, daß der Nachbar gegen Bezahlung obligiret werde, die Überfahrt oder Gang, jedoch auch ohne seine gar zu grosse Incommoditet, zu gestatten. Wo es der Herr Berger nicht also verstehtet, so würde es doch nur eine opinio singularis seyn, darauf wir in decidendo unsers Orts nicht reflectiren würden; Allermassen uns propter Odium

odium communionis, welche in quavis servitute ist, oblieget, so lange es möglich contra servitutem zusprechen. Und darum schreiben auch die Doctores probati so behutsam ad l. 22. ff. Famil. hercisc. Ex. gr. SCHOEPF. tit. Comm. prad. n. 1. Si quis ad prædium suum plane venire non possit. Struv. Exerc. 13. § 30. Si quis fundum circumdatum habeat, eumque nequeat adire. Vid. etiam Ill. Wernher Vol. IV. observ. 57. cujus verba: Si quis fundum confinibus NB. undique prædiis cinctum, &c. & in rationibus! Dieweil aber dennoch in den Fall, da jemand zu seinen Grund-Stück anders nicht, als wenn ihm der Nachbar den Aditum verstattet kommen kan, u. s. w. Wenn denn ja zuweilen die difficultas so groß, daß man eben so hart das plane und nequit nicht captiren mag, so muß doch gewiß das schon ein sonderlicher Casus seyn, weil sonst alle die per haud modicas ambages irgend wohin passiren müssen, würden sich darauf gründen und den Nachbaren servitudes zubürden gegen eine oft geringe Bezahlung; Sintemahl der Judex nur würde auf das wahre incommodum pecuniarium sehen, da doch oft mahl's die incommoditet eines e. g. Fussteiges &c. kan so beschaffen seyn, daß sie sich durchaus nicht schäzen läßet; Wan nenhero auch oft mahl's wenn de summa appellabili die Frage ist, in Servitut-Procescen man sich gar nicht ratione quantitatis bey den judicio a quo einläßet: Sicuti enim ratione amo liendarum servitutum etiam ab amoenitate patimur argumentum. per l. 3. pr. ff. de Aqu. quotid. l. 41. ff. de Uufr. Sic enim nonnunquam inestimabile erit incommodum ob odium communionis in animo conceptum. Es wird über all erscheinen daß wir so zu sprechen verpflichtet sind; Das wir aber die Unkosten compensiret, dazu hat uns die Probabilitet, und das Allegatum Bergerianum bewogen. A. V. R. W.

§. XX.

## §. XX.

Nulla certe materia fertilior est casum ad hoc thema facientium , quam ea quæ servitutum sifit jura. Stat igitur sententia: Es kan zu jemand's incommoditet, die aber auf eine andere Art möglichst zu vergüten, in gar singulairen Fällen, der Richter dem Nachbar des Imploranten (actio enim confessoria in tali casu locum non habet) etwas auferlegen; Und vielmehr kan er, wenn es demselben gar nichts oder auf keine erhebliche Art hindert, den Eghen-Sinn desselben brechen. Elegans est textus l. ult. §. I. ff. de S. P. II. *Lucius Titius aperto pariete domus sua, quatenus stillicidii rigor & tignorius protectus competebat, janam in publico aperuit; Quero, cum neque luminibus Publpii Mavii vicini, neque itineri vicini officeret, neque stillicidium ante vicini domum cadat, an aliquam actionem Publius Mavius ad prohibendum haberet?* Resp. Secundum ea quæ proponerentur (certe in alio casu forte multa possent obverti) nullam habere. Readeunt igitur omnia ad judicis arbitrium, qui tamen, uti in rationibus exscriptis, omnino etiam amoenitatis habere debet rationem , tres in genere sibi repræsentando casus: Einen, da die Nothwendigkeit befielet, gegen ein æquivalent, dem Nachbarn ein wahres Onus aufzulegen: Den andern, da die Nutzbarkeit des Nachbaren, bey geringen incommodo, sehr billig zu befordern: und den dritten, da er, ohne darauf zu sehen, ob es dem Imploranten nütze oder ergötz, dem blossen Eghen-Sinn des Widersprechers steuert.

## §. XXI.

Non grave erit Lectori alium accipere casum: Der Durchl. Herzog zu N. wolte in seiner einen Patronat-Kirchen, einem Eingepfarrten, ad preces erlauben, ein Chor zu bauen; dagegen opponirken sich einige Dorffschäffen, denen dasselbe sollte über den Kopff errichtet werden. Es ward eine Commission veranlasset, und die Einwohner wurden zur Allegation ihrer Einwendung gelassen. Sie singen an vom Lichte und Pro-

speet nach Canel und Altar; Solches ward oculariter unrichtig besunden: Sie wolten behaupten, daß ihnen der Sandwürde in die Haare fallen; Und es ward verordnet, daß ein doppelter Boden solte geleget werden. Endlich sagten sie, daß sie sich den Kopffdran stossen würden, als aber der Lischler den Strich gemacht, und der längste Bauer sich unter denselben auf Befehl stellend, denselben noch nicht erreichte, wurde, nichtigen Einwands unerachtet, und obschon wegen der einen Seule etwa einem der Prospect etwas benommen, erlaubet fortzufahren.

## §. XXII.

Casus certe adeo sunt infiniti, ut fingi non possit quidquam adeo ingeniosi, quod non in praxi occurreret. Iterum igitur iterumque scribo, quod arbitrium judicis prudentis sit anchora ultima B. SCHOEPF, eleganter scripsit ad sit. ff. Comm. prad. *Nemo tenetur alterius commodum promovere cum INSIGNI suo damno.* Ergo grave incommodum absolute est redimendum; Leviculum vero etiam absque redhostimento nonnunquam imponendum.

## §. XXIII.

Liceat & alius incidentis passus habere rationem: Sunt plures uno vicini, quorum quilibet intentioni implorantis posset satisfacere; Quæritur ergo cujus sit electio? Resp. Implorantis, sub Judicis tamen arbitrio. Vid. Illust. WERNHER. Vol. IV. Obs. 57. verbis. Dieweil aber dennoch vid. supra - - Und wenn unterschiedliche Nachbaren in der gleichen Casu vorhanden, dem andern einen von denselben dessen Feld ihm zur Überfahrt am bequemsten lieget, zu benennen frey stehtet.

## §. XXIV.

Statuit Excell. Dn. LEYSER. Medit. Spec. 108. coroll. 2. quod oppidum, pascuis destitutum, possit vicinum oppidum, cui pascua supersunt, cogere, ut greges suos, pro certa mercede, admittat, arg. l. 12. pr. ff. de Religioſ. Nisi plane singularia in facto moverent, dissentirem.

## §. XXV.

## §. XXV.

Multa sunt quæ filium abrumpere jubent. Ergo unicam adhuc exscribere volo observationem Wernherianam, quæ habetur, Vol. II. n. 204. Ita autem illa fluit: *Non prohibetur quis faciem suæ prædii mutare, quoies alter, qui in eo ius servitutis constitutum habet, nullum inde detrimentum sentit.* Rationes sunt sequentes: *Fundamentum rei in aequitate naturali consistit, quae vult, ut quisque permitat, id quod alteri prodest; ipse vero haud nocet.* Et quod malitiis hominum non indulgendum. *I. 38. §. I. de R. V. l. 2. f. solut. matr. Wesenb. I. Confli. 10. n. 34. Gail. l. 1. O 31. n. 4.* Casus erit, daß einer das Recht hatte Wasser von des andern prædio zu leiten; und daß dieser einen neuen Leich graben ließ, darin der Graben beschlossen, woher der Dominus befürchtete, daß ihm das Wasser möchte entzogen werden. Et omne dubium tollebatur per cautionem, daß die Einschließung des Grabens in den neuen Leich demselben nichts schade oder schaden werde; Er auch das Graben-Wasser nach jenes Gefallen aus den neuen Leich, so lange und so oft es ihm beliebte, abfallen lassen wolle.

## §. XXVI.

Sufficient hæc, Indagandum autem erit, quale remedium juris adhibendum sit in casibus conformibus? Respondeo: Non actio confessoria, siquidem illa supponit servitutem jam constitutam & debitam; sed subsidiaria in factum ex naturali aequitate; Quam si solam implorationem quis appellare velit, non sum contrarius. Qui pro re nata conditionem ex lege una vel altera in terminis ipsi inserviente, remedium illud appellare vellet, non adeo alienus esset a stilo. In genere autem remedium est, non nativum, sed dativum, vid. SCHOEPF. *Synops. tit. de O. & A. n. 15. sqq.* ubi allegat etiam l. 2. §. 5. f. ff. *de aqu. & aqu. pluv.* quæ inter alias omnino est fundamentum nostræ regulæ, qua jus civile juri Naturæ assistens. Ita enim JCtus: *Opinor actionem utilem conpetere*

petere adversus vicinum, si velim aggerem restituere, in agro ejus, qui factus mihi quidem prodeſſe, ipſi vero nihil nociturnus. Hac aequitas ſuggerit, eti jure ( id quod, poſtquam Justinianus verba anteriora JCtis ſua fecit, ſecus ſe habet) deſtituamur. Quia igitur JCtus Paulus litera juris deſtitutus aliquid opinari aulſus fuit, quod Legiſlator poſtea approbavit, iterum conſtat, quod non requiratur in noſtra praxi, aequitatis alicuius ſpecialis in Lege approbatio juxta Casum & Exemplum in terminis; ſed quod argumento uti queat prudens arbiter, imo quod queat ſupplere Jus Scriptum ex Naturali ratione; Rechte enim dicitur vulgo: *Legem querere ubi eſt ratio naturalis, eſt infirmitas intellectus.* Et erubescat JCtus qui non recte intelligit, quid ſibi velit illud antiquum: *Erbubescat JCtus ſine Lege loquens.*

### §. XXVII.

Concordant hę assertiones cum pragmaticis JCtorum assertis; Vid. III. BOEHMER de Alt. Sect. I. C. 2. S. 34. Verbis: *In praxi remedium implorationis officii judicis latius extensum eſt, ut toties ad illud configiamus, quoties deficiunt remedia ordinaria, & tamen aequitatis naturalis ratio evidenter adeſt; tunc enim imploratur iudex, ut ex officio ſucurrat.* Et in nota, verbis: *Actores providi eſſe debent, ne interpretum tradita, implorationem officii judicis fraudentia, temere admittant, ſed potius fundamenta ſedulo examines.* Et porro in nota g. *Nuda aequitas, qua nimis indeterminata, incerta & arbitrary, imo cerebrina eſſe potest, ſufficeret nequit, ne alias iudici integrum ſit pro lubitu aequitatem fingere & actionem dare.* Quia igitur in noſtriſ casibus tot ſunt leges regulam in genere juridice corroborantes, non mirum eſt quin detur actio; Ne tamen ſophistice eadem adhuc beatur, iudiciis arbitrium ubique faciet paginam.

**EPILO-**

## EPILOGUS.

**A**nimus erat de hac regula latius agere, posteaquam autem, uti in rubro, ad materiam servitutum laborem restringere placere debuit, & in illa etiam mille causas dictis principiis reguntur, aliquot corollaria adjicere lubet.

- I. Quod ad testimonium dicendum aliquis cogi ut plurimum possit, sed non semper, fundatur omnino in prudenti applicatione regulæ: Quod tibi non nocet.
- II. C. ward condamniret, an D. eine grosse Summe Geldes zu bezahlen; Er meinte aber daß der D. Nachrichten haben, oder auch noch unter seinen Sachen finden müßte, daß die Prætersition schon sonst getilget. Er begehrte also, daß derselbe sich eydlich reinigen und zugleich dahin verpflichten solte, daß er keine Nachrichten bis dato gesunden, und daß er, wenn er dergleichen finden solte es alsofort eröffnen wolle. Quæritur: An audiendus? Resp. Facultas Juridica hujus Almæ his diebus affirmative.
- III. Olim illegitimus invitus non potuit legitimari per subsequens Matrimonium; Hodie nec ipse, nec ullus ejus nomine erit interrogandus.
- IV. Quoties Judex supplet Consensum Parentum, Curatorum, &c. toties suas habet partes nostra regula.
- V. Quod res nullius cedant occupanti; Et quod multæ res eapropter sint nullius, quia sunt vel inoccupabiles, vel omnibus sufficientes, vel etiam vilissimi pretii simul, pariter ex hac regula fluit. Male tamen plebs, multis ita diætis, brutis, proverbiis injuriam inferens, emblema capere solet von dem Hunde auf dem Heu. Nec prætereundum, quod, sicuti Princeps in territorio res communes potest mutare in regalia, quilibet privatus in suo prædio possit res, apud omnes vicinos communes, pro rebus inoccupilibus

libus declarare. Nam quæstio , utrum noceat occupatio ? Non ex sufficientia vel vilitate rei occupandæ erit. definienda , sed occasionibus, sub prætextu occupationis vilissimorum , v. gr. animalculorum, eundo vel furando alis nocere vel inhiare. Ante aliquod dies curiosum occurrerat exemplum , da N. N. wegen des Erd- Beern - pfusfens mit denen Nachbaren in allerley Unwillen gerieh , weil diese meynten es würde ihnen mit Unrecht verwehret, was seit undencklichen Zeiten und von je her frey gewesen. Sed oeconomico satis prohibitionem fecerat , promittens non suspectis schendulam licentiae.

**VI.** Aliæ a nostra sunt regulæ , variis casibus haud difficulter illustrandæ.

Quod tibi non prodest mihi vero nocet, ab eo poteris arceri. Quod tibi nocet , mihi vero prodest , id prohibere regulariter non poteris ; Nam qui jure suo utitur nemini facit injuriam ; Circa quod caput supponitur actus meræ facultatis , & defectus juris prohibendi , vel servitutis negativæ , imo in faciendo consistentis.

Quod tibi prodest , in eo poteris sæpe , in jure etiam civili , compelli. Cogitetur de quasi-Contractibus , & præsertim de casibus negotiorum gestorum contra prohibitionem.

**VII.** Quoties singularis datur æquitas , & sobrie applicari potest regula : Nemo locupletandus cum alteris damno , toties & huic regulæ , quæ insuper ad suum cuique tribendum ubique comparata est , suas vires exserit. Singulare exemplum faciunt B. STRUV. Jurisprud. l. II. Tit. 13. §. 5. & B. SCHOEPF. Synops. Tit. de R. V. n. m. quod nimurum , si Dominus rem suam plane recuperare non possit , possessor vero pecuniæ lucrum ex re vendita tulerit , detur actio in factum ad lucrum illud obtinendum.

**VIII.** Jus potimescos legale , quod restringit aliquadantenus libertatem naturalem , in hac regula colorem habet. Vocantur

tur nonnulla exempla *Jus congrui*; Et non est sine prudenteria, quia ipsa definitio domini haud incongrua idem patitur, dum scilicet dicitur *jus de te sua disponendi*, nisi lex oblistat. Nec obstant textus *I. 21. C. mandati* quæ quemlibet rerum suarum vocat moderatorem & arbitrum, & *I. 14. C. de Contrah. emt.*

**IX.** Circa editionem instrumentorum communiter fit regula, quod reus non teneatur; sed exceptiones subegerunt regulam. Et quamvis, nemo proprio jugulari debeat gladio, tamen nemo jugulari eundem dicet, qui præstanda præstat, quique cum alterius injuria locupletior fieri cupit. Non nocet debitori quod solvat debitum; Ergo merito omni casu cogendus erit in civilibus; [Qua criminalia, vid. diff. *Langiana de obligatione delinquentis ad sustinendum pœnam*. Qua tertium res per se clarissima est, argumento a testibus cogendis.

**X.** Lex anastasiana, quæ vel nihil, vel parum rationis habet, etiam hac nostra destruitur regula; Quando enim salva manet illa: Cessionario obstant omnes exceptiones, quæ obstabant cedentl, nihil nocet debitori cesso, quod solvat, quæ liquido debet. Unde & ea quæ de cessione in potentiores & rixosiores, in bene adornata Republica nullius usus sunt. In genere, quoties tantum juris (excipiuntur personalissima) transfero, quantum ipse habeo, non nocet hoc tertio; Verum utut certum sit

**XI.** Quod Ususfructus, in utilitatem Usufructuarii, tertio possit cedi, quia non nocet proprietatio; Tamen in tota materia servitutum, in aliis exemplis, filet regula; Non enim datur servitutis servitus: Non omnium eadem est frugalitas, & odiosa atque ex communione rixas generatedia restringenda sunt.

**XII.** Tandem merito fieri deberet regula: Quod nemini prodest, mihi vero incommodo est gravi, illud, sicut nec pacto

pacto promitti, sic neque in ultima voluntate imponi potest; Verum in tota materia de conditionibus ultimorum voluntatum philosophia sobria exultat.

**XII.** Actio adversus ædificantem per æmulationem est non-ens vid. *Spec. Diss. Thomasian.*

**XIV.** Quando perfecto opere ob novum opus agitur ad-versus vicinum, judicis arbitrium insigne est, ut potius alia satisfactione sarcatur incommodum vicini, quam per yiam demolitionis.

**Soli DEO Gloria.**





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn1002547946/phys\\_0033](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002547946/phys_0033)

DFG





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn1002547946/phys\\_0035](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002547946/phys_0035)

**DFG**



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn1002547946/phys\\_0036](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002547946/phys_0036)

DFG



the scale towards document

(23) *Sg n11w 5.9.83*  
tempa *Jus congrui*; Et non est sine pruden-  
tia definitio domini haud incongrua idem pa-  
ciet dicitur jus de re sua disponendi, nisi  
stat. Nec obstant textus *I. 21. C. mandati quæ*  
*n suarum vocat moderatorem & arbitrum,*  
*rab. emt.*

*In instrumentorum communiter fit regula,*  
*eneatur; sed exceptiones sub egerunt regu-*  
*la, nemo proprio jugulari debeat gladio,*  
*jugulari eundem dicet, qui præstanda præ-*  
*m alterius injuria locupletior fieri cupit.*  
*Ori quod solvat debitum; Ergo merito o-*  
*lus erit in civilibus; Qua criminalia, vid.*  
*obligatione delinquentis ad sustinendum pœnam.*  
*per se clarissima est, argumento a testibus*

*a, quæ vel nihil, vel parum rationis habet,*  
*destruitur regula; Quando enim salva-*  
*tionario obstant omnes exceptiones, quæ*  
*tl, nihil nocet debitori cesso, quod solvat,*  
*bet. Unde & ea quæ de cessione in po-*  
*sofiorem, in bene adornata Republica nul-*  
*In genere, quoties tantum juris (excipi-*  
*tima) transfero, quantum ipse habeo,*  
*ertio; Verum utut certum fit*  
*uctus, in utilitatem Usufructuarii, tertio*  
*a non nocet proprietatio; Tamen in tota*  
*um, in aliis exemplis, filet regula; Non*  
*vitutis servitus: Non omnium eadem est*  
*diosa atque ex communione tixas gene-*  
*da sunt.*

*rito fieri deberet regula: Quod nemini*  
*ero incommodo est gravi, illud, sicut nec*  
*pacto*